

Anno C

tius ictu fulmineo, capto post Augustam I' inde-
licorum Monachio, Ducali sede, in ipsam Ba-
variam penetrante.

1632.

Luzensis pugna amisso quidem Rege lu-
tuosa, sed profligatis hostibus & Papenheimio
cadente, ex victoria felix, denuò Cesaris res
non leviter afflixit; quæ licet Ratisbonâ re-

1634.

1635.

ceptâ & Suecis magna strage ad Nordlingam
victis, Saxone etiam metu fracto, in iniquissi-
mam cum Cesare pacem, exclusis Suecis & stir-
pe Friderici neglectâ, Pragæ consentiente, ex
parte restitutæ fuissent; nihilominus acceden-
te Gallo qui Suecorum res jam fatiscentes totis
Regni sui viribus confirmare cœpit, sub fortis-
simis Ducibus, Bernhardo Duce Vinariensi,
Bannerio, Torstensohnio, Gustavo Wrangel
tanto impetu rursus concussæ fuerunt, ut de
ulteriori successu desperantes, primò inducias
deinde Pacem quæsiverint, quæ Monasterii
Anno 1648. inita, & Norimbergæ A. 1650.
consummata fuit.

1633.

Helvetios quoque Suecorum victricia ter-
ruerunt arma, Wrangelio exercitum Constan-
tiæ ad Lacum Acronium admovente; qui me-
tus cum solutione obsidionis mox evanuit, ma-
nente tamen apud Cantones, dictos Catholi-
cos, de Tigurinorum cum Suecis ex Lithopo-
litano transitu, quem subitâ incursione raptus
cum fuerit, illi datum censebant, collusionis su-
spicione, quam optimus vir, summus in Turgo-
via Vigiliarum Præfectus Kesselring / contra
omne jus & fas comprehensus & Suiam de-
ductus, miserabili corporis distractione, ex-
pertus

1634.

pertus